

DRACONTII CARMEN DE DEO.

LIBER SECVNDVS.

ARGVMENTVM AB AREVALO CONFECTVM.

Deus auctor et rector omnium rerum, cui stellae, luna, sol, omnia elementa obediunt. Dei immensitas. Ab eius nutu omnia pendent, cuius uerbo creatae sunt. Trinitatis diuinae confessio. Verbum caro factum, ut homines saluaret. Filius Patri consubstantialis, Spiritus sanctus idem, quod Pater et Filius. Verum corpus Deus assumpsit. Christi miracula, ut homines in eum credant. Discipuli eius gratia miraculorum donati. Imperium dei in res creatas. Transitus Israelitarum per mare rubrum. Israelitis cibus et potus in desertis diuina ope suppeditantur. Rursus dei laudes e rebus creatis et concordia elementorum. Deum omnia fatentur et laudant, etiam animalia, quae perniciosa aliquando sunt. Cur deus haec creauit (creauerit?). Primum Adami peccatum. Posterorum eius crimina quam grauiora sint. Etiam perniciosa animalia nonnunquam prosunt. Homo feris peior: eius audacia et peruersitas. Cetera omnia diuinis parent legibus. Homines neque ira neque pietate dei coercentur. Diluuium uniuersale ad homines plectendos, qui post diluuium scelera resumunt. Sodomitarum poena incendio pereuntium. Clementia dei in utroque supplicio. Loth ab igne liberatur, ut Noe a diluuiio. In poenas homines incurrunt, quia a deo moniti non corripuntur. Felicitas hominum, si non peccassent. Peccatum angulorum hominibus excusationi esse non potest, poena terrori esse debet. Dei clementia erga homines, quos Christus redemit. Perfidia Iudaeorum. Christi passio, mors, resurrectio, ascensio in caelos, iudicium futurum. Fractus passionis Christi, quae etiam Iudae profuisset, nisi desperasset. Conuersio Pauli. Fides in deum multa obtinet. Gratia dei omnibus oblata. Exempla fidei in Abrahamo, Tobia, Dauide, Ezechiele, Anna Samuelis matre. Precum apud deum uis et efficacia. Zacharias pater S. Ioannis Baptistae punitus, quod credere distulisset. Dei misericordia maior, quam iustitia. Cur deus sceleratos homines ad senectutem non perducit: (perducat:) ut conuertantur ad eum. Sacrificium deo cor contritum. Eleemosyna commendata. Pauperum orationes plurimum apud deum ualent. Exemplum Tabithae a morte reuocatae. Auari obiurgantur. Dei iustitia et misericordia in transitu Israelitarum per mare rubrum, Aegyptiis submersis.

- Omnipotens aeternae deus, fons, auctor, origo,
 Inuentor, genitor, nutritor, rector, amator
 Cunctorum, quae mundus habet, quae celsa colorum,
 Quae caeli secreta tegunt produntque parumper,
 5 Sidereus quod ab axe globus super astra rotatur,
 Pendula quod tremula uibrant face sidera flammis,
 Et stellae sub luce latent, sub nocte refulgent,
 Nuncius aurorae quod lucifer emicat ardens,
 Vt fuget astra poli, fugiturus lucis habenas,
 10 Quod calor est solis, quo splendet frigida luna,
 Partita cum fratre uices, sua tempora lustrans,
 Ne simul inuadant mundum sine luce tenebrae,
 Credaturque chaos spatio sub noctis adesse,
 Quod tu, quum faceres mundum, uirtute necasti.
 15 Tu deus inspiras, ut sol auriga uocetur,
 Non quia uectus equis est quatuor axe rotato,
 Sed quia perfectus sol quatuor ex elementis
 Quatuor alternat solers auriga colores.
 Permutat iussus sol tempora quatuor anni,
 20 Non ausus transire uices sub lege perenni
 Praefixas ditione tua, non illa uapores
 Auget sponte sua, medios nec temperat ignes,
 Aut gelidum dat forte iubar, nisi praeduce iussu
 Imperii per secula tui sine fine manentis.
 25 Militia famulante sua seruire fidelis
 Oceano, mundo, uel caelo teste probatur:
 Sic opus omne tuum uisibile non latet orbem.
 Te, deus, auctorem, te nouimus omnipotentem,
 Te pariter dominum: qui dans exordia rebus
 30 Et finem sine fine parans exordia nescis,
 Spes hominum, rerum princeps, mundique superstes.
 Sanctus ubique tuus complectitur omnia princeps
 Spiritus, immensam penetrans per secula molem:

1) Sic R in quo libri primi u. ult. in fronte libri II. positus est. *deus, spes unica mundi* Ar. suppleuit ex Sedulio, cum in V. hic u. mutilus esset. 3) *Cunctorum* R, uti Ar. correxit: *cunctarum quae* V. *tecta uel templa colorum* Ar. coniecit. 5) *rotatum* VR. corr. Ar. 6) *uibrat* VR. corr. Ar. 7) *Et belle s. l. l. s. n. refulget* V. *Et stellae s. l. l. s. n. refulget* R. Ar. corr. 8) *Nuncius* R. *nuntius* Ar. 9) *Vt fugat* VR. *Vt fuget* Ar. edidit, qui praeterea coniecit: *Et fugat*. Fortasse: *Ac fugat*. 11) *Partita c. parte* R. *partica c. parte* V. *Vix tolerabilis* uel in poeta christiano forma *partita*, quae est *Nominatiuus*. Fortasse: *Partita c. fratre uices. fratre* Ar. corr. Idem con. *patre*. 13) *duos* corr. per *chaos*. postea *noctis abesse*. V. *duos chaos sp. s. noctis adesse* R. restituit Ar. 14) *Quo tua quum faceres mundum uirtute nec astu* VR. restituit Ar. 16) *Sed qui perfectus* V. *qui prefectus s. q. est clementis* R. corr. Ar. 18) *colores* corr. ead. m. *calores* R. 23) *prae duce iussu* uel *perpete iussu* Ar. con. 24) *post secula* Ar. con. 25) *suas* VR. corr. Ar. 27) *tuum visum est, et non* Ar. con. propter metrum. 28) *te nominis omnia (nominis obscure)* V. *te nouimus* R. *omnia patrem* R (et V). *te norunt omnia patrem* Ar. restituit. 29) *qui das* R, Ar. 30) *sine fine parens e. nescit* VR. *parans, exordia nescis* Ar. qui coniecit *parans* uel *Et finem: qui sine carens*. 33) *immensam* R *montem* ead. m. corr. *molem* R.

- Nam quasi fusus aer, sic omnia contegit implens
 35 Singula per partes, generaliter omnia nutrit,
 Totus ubique iuuans et totus ubique ministrans.
 Quae uibrans natura dedit, quaecumque creantur,
 Aut generata ualent, haec spiritus ingerit almus,
 Corporeos artus fouet, erigit, urget et auget;
 40 Continuanda manent et succidenda labuntur.
 Mentibus insidit, penetrat caput, ossa, medullas,
 Pectora, cor, sensus, animam, praecordia, mentem,
 Illustrat uenas, oculos, et uiscera replet.
 Quid laedat, quem cuncta gerunt, quo cuncta reguntur,
 45 Temporis et spatii, quem spiritus omnis et ignis
 Laudat, et aeternum uenerantur cuncta parentem?
 Nec caeli secreta uacant, quae spiritus auctor
 Non habeat uirtute tua, quae solis in orbem
 Lunaresque amplexa globos dominatur, agitque;
 50 Quidquid habet pietatis opus simul orbis ubique,
 Qui nihil est, nisi lege tua seruetur in aeuum.
 Circulus haerebit, nisi iusseris ire meantem,
 Et stellatus honos mox sphaera uolubilis haeret,
 Ac mutant elementa uices per circla morantes,
 55 Et cadat ante diem sublimis machina rerum:
 Sed tu lege tua retines, qua cuncta coerces.
 Nam quis stare queat contra tua iussa reluctans?
 Aut tibi quis reputet, si perdere iusseris orbem?
 Quem ipse repente iubens solo sermone creasti,
 60 Quo libuit genuisse deum ante omnia Christum?
 Semine quem uerbo conceptum corde ferebas.
 Quo sine non unquam fuerat mens sancta parentis
 Multa, profunda, potens, solers, pia, prouida, perpes,
 Simplex, celsa, leuis, uibrans, immensa, serena,
 65 Viuida, cunctiparens, immensurabilis, una.

34) Sic VR. *Vt fusus aer* Ar. propter metrum contra metrum edidit. 35) *Singula non partim* VR. Ar. restituit. 37) *Quae uibrat* VR. Ar. restituit. 40) *labuntur* VR. *labascunt* Ar. propter metrum edidit. Idem hunc et praeced. u. ita refigendum censet: *Succidenda m. et continuanda labascunt Corporeos a. f. e. u. et auget.* 41) *insidet* VR. corr. Ar. 44) *Quid letat quem* VR. corr. Ar. *cunctat* R. *quo c. reguntur Tempora uel spatia, quem* Ar. con. 48) *Non adeat uirtute sua uel tua* Ar. con. *solus in orbem* VR. Ar. restituit. 49) *dominantur*, ut uidetur, V. *dominantur* R. corr. Ar. 50) *Quidquid habet pietatis opus simul . . .* (desunt alia) V. *Quicquid h. p. o. simul ubi orbis* (ultimum uoc. ead. m. corr. nam *orbis* fuisse ab initio uidetur scriptum) R. *simul aethera complens* Arev. de suo edidit. 51) *Locus hic uidetur corruptus: fortasse traiciendi sunt uersus, prius Circulus haerebit, deinde Qui nihil est.* 53) *mox fera* VR. corr. Ar. *haereat* per synaeresin legendum Ar. con. uel u. seq. legendum *Mutant* et postea *Cadit*. Fortasse *erret*. 55) *cadet* R. 56) *Sed te lege* VR. corr. Ar. *cohercetes* R. ead. m. corr. 57) *tua iura* R. 58) Sic R et Ar. *reputet quis perdere* V. *Si perdi iusseris* Ar. con. 60) *ante haec omnia* Ar. ex con. edidit propter hiatum. 61) *conceptum* R. Ar. restituit: *conceptu* V. 62) *nonnunquam* V. *non nunquam* R. Ar. restituit propter catholicam doctrinam et orationis sententiam. 65) *cunctiparens* R. uti Ar. con. *cunctiparens* V. *immensurabilis* Ar. con. *mens innumerabilis* VR.

- Ergo deus deum ouans eructuat ore suo auctor:
 Corde sacer genitus mox constitit ipse parenti,
 Et consors cum patre manens, et Spiritus unus,
 Trina mente deus, deus auctor, temporis expers,
 70 Multiplici uirtute potens, pietate modestus
 Innumera, caelis, elementis, fluctibus, astris
 Impendens, ut stare queant, famulentur, adorent,
 Angelico de more preces sine fine canentes.
 Omnibus his praestat dilato sine manere,
 75 Vt uigeant homines, pisces, armenta, uolucres
 Et pecus atque ferae, et quidquid natura creauit,
 Quidquid et innumerus diuersi sanguinis ortus.
 Quin nasci dignatus homo membratur in aluo,
 Sanguine femineo coneretus spiritus almus,
 80 Fitque deus post templa poli sub carne, figura
 Passibilis, mortalis homo sine fine perennis.
 It tenuis per cuncta uapor, iam mollior ignis
 Irrepsit, tenerumque parat per uiscera corpus.
 Induitur compage deus, structura ligatur
 85 Ossibus et nervis, pinguescunt intro medullae,
 Hinc cruor, hinc humor, solidatur musculus omnis,
 Et caro plasmatur. Quid sanctus spiritus illic
 Egerit, ipse potens nouit, qui cuncta creauit:
 Qualiter aere deus, uerbo fetante marito,
 90 Virgineos, intrasse simus dignatur et aluum,
 Terrarum caelique capax anhelantis et ignis,
 Aeris et pelagi, sed non capiendus ab isdem,
 Claustra puerperii passus sub lege creandi,
 Vel quaecumque subit diuersi temporis aetas.
 95 Haec fragilis natura iacens humana meretur
 De pietate sua, qua non uult perdere mundum,
 Quem fecit, sanxitque regens per secla manere.
 Ergo ubi corporeos artus dominator et auctor
 Induit, haud caelum Patri seruire reliquit,
 100 Vt putat insipiens omnis, rationis egenus.
 (100) Nam quicumque sapit, nouit, quia sic tulit artus,
 Et fuit in terris, ut ne caeleste tribunal

66) Ergo deum deus ouans.... (deest reliquum) V. Ergo deum deus ouans eructuat ore suo auctor R. Ergo deo deus est natus, de lumine lumen Ar. de suo reflexit. 71) Celsis corr. ead. m. celsis R. 73) Angelica des ne preces s. f. carentes VR, Ar. restituit. 74) manere R. carere ad marg. manere V. 75) Et uigeant VR. Ar. rest. 76) Quod pecus V. Et pecus R. Ar. rest. et quidquid] quidquid VR. 77) Numquid (Nunquid R.) ad innumeros VR. quidquid natura creatrix Nutrit ad innumeros d. s. ortus Ar. con. 78) Qui R. Ar. in aluum VR. in artus Ar. in aluo Ar. con. 82) It Ar. con. Et VR. igni R. 83) Irepsit tenerumque R. irrepsit tenerumque V. Irrepsit Ar. con. 85) Intro R. Ar. rest. uitro V. intra medullas Ar. con. 87) plasmatur quid obscure V. plasmatur qui R. 88) potens uelut quod V. potens notuit qui R. Ar. restituit. 89) fetente VR. foetante Ar. 91) anhelantis et ignis VR. atque ignis anhelis Ar. propter metrum. 92) ab hisdem R. 94) aetas VR, corr. Ar. 95) humana iacens natura R. quod aequae bene se habere uidetur atque Aereali contextus uerborum. 96) de p. tua VR. corr. Ar. 99) Induit et caelum VR. corr. Ar. idem coniecit: haud c. P. subtime. 100) Hunc u. ex cd. R. adieci. 101) nec celeste R.

- Linqueret omnipotens: nunquam sine Patre probatus
 Nam pius, et genitor nunquam sine pignore dictus,
 105 Spiritus immensus, sanctus, bonus, arbiter, index,
 (105) Tertius unum et idem, primus mediusque perennis.
 Ast ubi terrenum sumpsit cum corpore pondus
 Immortale genus, mortalia dura subiuit:
 Non nisi corpoream possent spectare figuram
 110 Nam quaecumque daret princeps miracula carni,
 (110) Sanctius haec homines euentibus acta putarent.
 Adde, quod humanis uitium est generale cateruis,
 Hoc credant, quod uisus habet, spernantque relata.
 Credimus inde, deum mundo uenisse uidendum,
 115 Vt faceret uirtutis opus. Per mille catenas
 (115) Mentibus obsessis insana clade furoris
 Spiritus impatiens animas quascumque grauabat,
 Tabe fluens quaecumque cutis madefacta rubebat:
 Ossibus et neruis resoluta carne relectis
 120 Praestatur de clade salus: reparare sepultos
 (120) Nouit, et exanimes iterum reuocare saluti.
 Ipse oculos gemmare facit sub fronte micantes,
 Ignotumque diem mirantur nosse tenebrae,
 Quem simul ex utero matris natura negauit.
 125 Mortua pars hominis, pars altera uiua iacebat
 (125) Vsque: dei iussu post sanus et integer omnis
 Redditur, atque uapor uitalis in ossa cucurrit.
 Quod de parte uiri, fecit de corpore toto:
 Praestitit orba parens, fleret quum funera nati.
 130 Nec semel ista dedit, namque ut sit uirgo superstes,
 (130) Imperat: exurgit uel Lazarus ante sepultus,
 Quatuor exemptus transacta luce dierum.
 Sanguinis insoliti solitus decurrere fluxus
 De muliere perit, dempto simul anne cruoris.
 135 Corripit hic febres, uentos compescit in undis,

103) *patre* obscure V. (non ita R.) 104) Renocauit scripturam codicis V, cum quo facit R, *Nam pius*: quae scriptura secundum ea, quae praecedunt, satis commode de filio intelligi potest. Ar. coniecit: *Filius*, quod in uerborum contextum recepit, uel *Nam prius*. 106) *unum et idem* ex Ar. con. scripsi: *unus idem*

VR. 109) *corpoream haec possent* Ar. contra script. ed. V. edidit, cum quo R. facit. 111) *Sanctus hec h. e. a. putaret* R. *Sanctus h. h. e. a. putaret* V. *Sanctis* Ar. a quo praeterea restitutum *putarent*. 112) *Addo R. generale catheis h. e. catenis* V. *catenis* R. 115) *cateruis* Ar. con. 118) *q. curis m.* VR. Ar. corr. 122) *Ipse oculos geminare sub fronte micantes* R. *Ipse oculos . . .* (cetera desunt) V. *Ipse oculos sanat caecorum: luminis usum* Ar. de suo scripsit: de uerbo *gemmare* cf. HI, 618. 123) *Ignitumque* R, non male: tollitur Areuali oxymorum (!). 126) *usque dei uisus* VR. *Uique deo uisus* Ar. edidit: idem con. *Atque dei iussu*. 127) *uapor* R. *calor* Ar. 129) *Praestitit (Prestitit R) orba parens lerecus sine renati* VR. Quae in uerborum contextu sunt, ab Ar. sunt profecta, qui praeterea coniecit: *de corpore toto, Praecocis* uel *Planctibus orba* sqq. Haec omnia non sufficiunt: mihi uidetur scribendum esse: *Quae stetit*, ut uel post hunc uersum uel ante eum lacuna sit statuenda. 130) *ut sit uirgo*. Fuit *iste*, sed corr. est per *ista* V: in R. uerba exstant, sicuti Ar. ea restituit. 132) *exemptis* VR, rest. Ar. 133) *Sanguinis insolitis solitus decurrere sanguis* VR. (in V exaratum *sanguinis* nexu literarum, in R. itidem, sed lineola ab al. m. suprascr.) restit. Ar. sed in contextu seruauit formam *discurrere*, quam in adn. non probauit: praeterea con. ibidem: *decurrere riuus*.

- (135) (Quum miraretur, stringit natura liquorem)
 Per quas Christus iter, Petro ueniente, peregit,
 Fluctibus aequoreis Domini sub pondere uictis.
 Vertit aquas, ut uina fluant: mirabile donum,
 140 Pocula sunt latices, et fluminis ebriat unda.
 (140) Copia panis abest, et copia panis abundat.
 Milia uirtutum sunt admiranda: sed ecquid
 Miramur, dominum tantum potuisse polorum,
 Discipuli famulique sui quum tanta per orbem
 145 Gentibus innumeris omnes fecisse legantur?
 * * * * *
- [Christi] sermo fidem quum spargeret ore piorum
 (145) Et simul indociles docilesque audire moneret
 Supplicium post grande crucis reditumque supernae
 Lucis ad aethereos tractus thronumque parentis
 150 Caelestis, ueniens quum linguas funderet ignis,
 Spiritus almae, tuus, nostro commercia mundo
 (150) Consona dissimili infundens sermone beatiss.
 Tu deus es, quem terra tremit, quem mundus adorat:
 Te mandante pluunt nubes et ab imbre coruscant;
 155 Surgere tu uentos et crescere turbine facto
 Praecipis, ut rapidae perturbent cuncta procellae,
 (155) Et mare caeruleum rapiant super aethera nimbi.
 Tu rursus reprimis flatus, recidentibus Euris,
 Et mare purpureum tranquillo murmure tendis,
 160 Vt post una freti ludant super aequora pisces,
 Horrida monstra natent, et belua gestiat ingens.
 (160) Hoc est nempé fretum, quod se diuisit et haesit
 In partes hinc inde duas cum turba piorum
 Impia regna fugit, Moseo principe gentis.
 165 Rursus aquae reduces repetunt loca prisca fluentes,

136) Per quos Christus V, secundum quem Ar. huic et seq. u. ita edidit: *Per quas Christus iter, (stringit natura liquorem) Quum miraretur) Petro ueniente, peregit.* In adn. hos uersus idem ita disposuit: *Quum miraretur, stringit natura liquorem, Per quem Christus iter, Petro ueniente, peregit.* Haec confirmantur

scriptura codicis R. in quo hi nu. ita sunt scripti: *Per quos Christus iter stringi nã liquorem Quum mira-*
retur stringi petro ueniente peregit. 138) *domum sub VR*, Ar. emendauit. *uinctis* Ar. con. in Add. p. 466.
 142) *sunt ad admiranda V* (non R). *sed ut quid* R, Ar. qui ad u. seq. coniecit *Miramur.* 146) *sermo*
fidem cospargeret ore piorum R: unde satis fit probabile plura ante haec excidisse. 147) *indociles dociles-*
que audire moneret R. *doctosque audire moneret* (antea fuisse uid. *moueret* V. Quia haec cum antecedd.
 non congruunt, Ar. coniecit: *Hos uel Quos simul:* frustra. 148) *redditusque uel redditumque* (pro *reditum*)
 et *superna* pro *supernae* V. *redditurque superna* R, restit. Ar. 149) *tronumque* R. *thronumque* V. *solum-*
que Ar. coniecit, ut metro succurratur. 152) *Cum sole dissimili infundens sermone beatiss VR*, Ar. rest.
 qui in adn. con. *Quamuis dissimili.* 154) *et ab igne coruscant* Ar. ex con. *et ab imbre VR*, quod com-
 mode intelligi potest. 156) *rapide* R: fortasse melius *rabidae*, cf. I, 708. 159) *murmure* R. *marmore* Ar.
 ex V edidit et satis contorte explicauit. 160) Equidem uix intelligo, quid sibi uelit uocabulum *una*: an
 scribendum *uda*? Ar. *una* pro aduerbio accipit: idem con. *Vt prostrata uel post strata freti.* 161) *belua*
 R. *bellua* Ar. 163) *Partes in hinc duas* (deest reliquum) V. *Partes in hinc duas cum turba piorum* R.
In partes hinc inde duas: hebraea *propago* Ar. edidit. 165) *Rursus atque reduces VR*, Ar. emendauit.

- Quum fugitiua manus de fluctibus omnis adesset.
- (165) Tunc demersus obit populus, qui saeva parabat
Israelitarum plebi, quae facta superstes
Vindice naufragio: tali sub clade deletur.
- 170 Qui fuit ante metus. Mox libera turba Tonantis
Mutatum miratur iter: uia prisca salutis
- (170) Semita mortis erat, nec seruans membra sepulcro.
Africanus interea motus uirtute iubentis
Illaesurus adest, nulla comitante procella,
- 175 Delicias portare parans nouus ingruit imber:
Innumeras dat nimbus aues, datur esca polorum,
- (175) Angelica de parte cibus, sitientibus autem
Flumina petra dedit, nullo fodiente ligone.
Et ne plura loquar, tua sunt, quaecumque uidentur,
- 180 Et quae nemo uidet: tibi debent omnia, quod sunt,
Tu tamen ipse, quod es, nulli debere probaris,
- (180) Et quasi qui debet, sic omnibus omnia reddis.
Est tibi cura, deus, qua quidquid ubique creasti,
Ne tantum succumbat opus: stat cura minorum,
- 185 Et speciale iubes tam quam generale tueri.
Sic fit mater humus, qua germina cuncta creantur,
- (185) Sic mare ueliuolum mercator nauta uagatur,
Telluremque nouam circumpicit impiger hospes,
Et complexus amat non cognitus aduena ciues.
- 190 Foedere concordii, quia uis, elementa tenetur
Tam longa connexa mora: sic iuncta ligantur
- (190) Vt disiuncta tamen concordii lite probentur.
Si disiuncta forent, soluetur machina rerum,
Si coniuncta forent, omnis natura periret.
- 195 Tu, deus omnipotens, nosti, quo feceris orbem
Semine, quo caelos: solem lunamque creasti,
Et caeli quaecumque gerunt. Vnde esse dedisti?
- (195) Ex nihilo simul: esse tamen diuersa putamus.
Ad nihilum reditura iterum sunt omnia, quum tu
- 200 Iusseris esse chaos, solus mansure superstes,

167) *demersus* VR, Ar. corr. 168) *Israelitarum phoebi q.* V. *Israelitarum phoebi que* R. corr. Ar. 169) *clade deletur* VR, pro quo Ar. propter metrum scripsit: *clade aboletur* uel con. *tali se clade tuetur* Quae fuit ante timens uel Quae fuerat metuens. 171) *miratur mutatum inter uia* VR, Ar. corr. 174) *Illu-* *surus* Ar. in adn. con. 175) *Deliciis* V. *Delitiis* R. Ar. corr. 176) *nimbus aquas* V. *nimbus aquas apes* R. *aves* Ar. restit. 180) *quot sunt* VR, Ar. corr. 182) *et quasi qui debes sic (quasi obscure) reddes* prius fuit, postea factum *reddis* V. *debes* R. quoque exhibet, reliqua in eo recte se habent. 183) *cura deus de quidquid* R, uti Ar. emend. *cura de quidquid* V. 184) *Nec tantum* VR, Ar. corr. *opus* R. *opus* Ar. ex V. 185) *tanquam* R Ar. 190) *quia bis* VR (*quia* non clare in V.) Ar. restit. idem coniecit: *quia uis*, et praeterea *Foedere discordii quumuis elementa* t. 193) *stant* VR. Ar. admittit formas *stant, sient, forent*: hanc postremam recepi propter uersum seq. 195) *nostri quod feceris* VR, Ar. corr. 197) *Hunc u.* ex R. adieci, in quo sic scriptus est: *Ut celi quicunq; gerunt in esse dedisti*. Leni mutatione admissa haec cum anteced. coniunxi, quo facto ea, quae ap. Arv. deprehenditur, uerborum inconcinnitas maximam partem tollitur.

- Angelicis hominumque piis adorande cateruis.
 Qualiter ergo labor nullus fuit ante iubendo,
 (200) Omnia quum fierent, sic nec labor ullus erit iam,
 Iusseris ut finem quum plurima secula norint.
 205 Te Seraphim Cherubimque deum dominumque precantur,
 Te chorus angelicus laudat, exercitus orat,
 Thronus in excelsis humili te uoce precatur
 (205) Agmina te astrorum, te signa et sidera laudant,
 Auctorem confessa suum, te fulmen adorat,
 210 Te tonitrus hiemesque tremunt, te grando, procellae,
 Te glacies nimbique pauent, te spiritus omnis
 Personat, imber, hiems, pelagus, nix, frigus et aura,
 (210) Te tellus fecunda uocat, te suspicit aer,
 Vnda super caelos tibi supplicat et polus omnis,
 215 Flumina te metuunt, te fontes, stagna, paludes
 Voce sua laudant, te nubila crassa coruscant,
 Te luce alba dies, te nox obscura tenebris,
 (215) Te bona temperies, te tempora cuncta precantur,
 Ver, aestas, autumnus, hiems, redeuntibus annis.
 220 Per te fetat humus, per te, deus, herba uirescit,
 Frondescunt siluae, spirat flos, germinat arbor.
 Messis aristatas acuit per culmina fruges,
 (220) Palmite gemmato post pampinus admouet uuas,
 Et nunquam caritura comis pinguescit oliua.
 225 Te fera, te pisces, pecudes, armenta, uolucres,
 Turba cerastarum laudat, genus omne ueneni
 Sibilat ore fero, lingua uibrante trisulca,
 (225) Et tibi, quidquid habet, reputans debere fatetur.
 Auctorem uitae gaudet stridore minaci
 230 Materies laudare necis, poterasque creator
 Non angues, non omne nocens permittere nasci,
 Vt nitas hominum tantum mors una tulisset.
 (230) Sed nos quaeque rei cognoscimus, omnia quare
 Fecerit ista dari: data sunt per crimina nostra,
 235 Quod praecepta dei passim contemnimus omnes,

201) *Angelicis animasque suis adorande cateruis* VR. *Angelicis hominumque piis uenerande* Ar. edidit. 203) *erit, quum Iusseris, ut finem iam plurima* Ar. con. 204) *cum plurima* V. 206) *laudant* in V. uidetur scriptum; ita aperte in R. 207) *Thronus inexcessans* VR. Ar. emendauit: idem con. *Excelsus-que thronus*. 212) *et astra* R. *asta* pro *aura* V, Ar. emendauit. 213) *Vt tellus* VR, Ar. emendauit. 215) *te fontes* R, uti Ar. scribere uoluit. *et fontes* Ar. ex V. 217) *Te luce* edidi ex Ar. con. *Te lux alba dies* VR. Praeterea Ar. proposuit: *Te lux alba die*. 221) Hic u. cum seqq. usque ad u. 260 (*quid serpens* seqq.) ita in VR collocati secundum uersuum numeros ab Ar. adhibitos: 218, 233, 247-252, 254, 255, 219-232, 234-246, 253, 256, 257. Ne maiores fiant turbae, uersuum ordinem ab Ar. institutum seruaui, quamquam in uno alteroue loco de eius ueritate dubitari potest. 222) *aristatas a. p. fulmina* ad marg. *aristatas* V, *aristatas a. p. fulmina* R. Ar. rest. 223) *gemmatum* VR, restit. Ar. idem con. *gemmatas*. 224) *pinguescit* R. *frondescit* Ar. ex V. 225) *pisces* ead. m. corr. R. 233) *Sed nos quoque r. c. o. quod res* (pro nos aliud uidetur prius fuisse: *quod obscurum est*) V. *nos q5 cognoscimus o. que res* R. Quae in uerborum contextu sunt, ex Ar. coniectura scripsi, qui praeterea con. *Sed nos quippe rei*. Multum dubitationis praebet hic u. 235) *praecepti dei p. contemnimus omnes* V: in R. omnia recte sunt scripta.

- Quos peccatorum retinent tot milia uinctos.
 Nec modo peccatum subrepsit moribus, olim,
 (225) Olim primus homo transcendit iussa Tonantis,
 Ingratus, quia factus erat caelestis imago,
 240 Iura potestatis retinens super omnia solus
 Et semper, nisi iussa dei contemneret audax.
 Mox quam factus erat nullo peccante creatus,
 (240) Peccauit. Quid nos miseri de crimine nati?
 Principio nostrae peccator originis auctor
 245 Damnatur sub lege necis uel clade perenni.
 Contigit, ut nobis similis heu! poena maneret,
 Nec similis nos culpa tenet: semel incidit ille
 (245) Vna lege reus, nos multis legibus error
 Contemptis retinet captiuos sorte reatus.
 250 Illud praetereo, quod parui pendimus omnes,
 Quod caelo, tellure, fretis atque aere toto,
 Ignibus aethereis et lunae dignior orbe
 (250) Est homo, quem libuit per se formare Tonanti.
 Nam diuersa dei solo sermone creantur.
 255 Illaec uoce creat, nos autem operosius aptat.
 Cur non debuimus soutes peiora mereri?
 Addo, quod innumerae pestes, mortale minantes,
 (255) Membrorum de parte sua dant saepe salutem.
 Vipera quid praestet, cauda et ceruice recisa,
 260 Quid serpens maculosa iuuet, medicina fatetur.
 Aspidis obliquae quin pinguia membra medentur,
 Informes ursi, fuluus leo, quin lupus audax;
 (260) Et quodcumque malum uindex natura creauit,
 Miscuit optandam dira cum morte salutem.
 265 Quid quod mortiferis animalibus induit auctor,
 Vt sentire queant, reddant sectantibus iras,
 Et prorsus non sint non se uexantibus hostes?
 (265) Non pudet hoc homines: gens importuna probamur,
 Iustitiam retinente fera; proh! dedecus ingens

236) Quos peccatorum manent tot milia uinctos (manent ambigue) V. Quos p. retinent tot milia uinctos R. Quod p. retinent. t. m. uincta Ar. edidit. 240) potestatus prius pro potestatis V. 242) Mox quod VR, Ar. emendauit. 246) Con.... nobis similis heu poena manere V. Continet nobis s. h. pena manere R. Equidem Ar. coniecturam retinui, quamquam suspicari licet, lacunam hoc loco esse maiorem. Ceterum Ar. alteram proposuit coniecturam: *Condicta est n. s. heu p. manere.* 247) similis uos VR, Ar. restituit. 248) legibus heros VR, Ar. emendauit. 249) sorte reatis (prius erat creatis) V. reatis R. reatus Ar. scripsit: idem coniecit: *captiuos sorte creatos.* 250) praeterea V, Ar. rest. 252) dignior omni VR, Ar. emend. 253) Tonanti scripsi, cum in R et sine dubio V. scriptum sit *Tonantem*, uti Ar. edidit. 255) *Illic uxor eat nos autem operarius aptat* (prius *optat* et *operarius* dubie) V. *Illic uxor eat nos aut operarius optat* (aptat ead. m. corr.) R. Emendauit Ar. 256) sortes VR, Ar. emend. 260) iubet VR, Ar. emend. 261) obliquae ambigue R. quid pinguia (sicuti u. seq. quid lupus) R et Ar. ex V. quod mea quidem sententia explicationem non habet. 262) *informis uisi* V. *informis ursus* Ar. *Informis ursi* R, ex quo scripturam, quae a me recepta est, deprompsi. 264) *cum note* R. *cum mente* V. *morte* Ar. restit. 265) Pro *induit* Ar. con. *indidit*. 266) Pro *sentire* Ar. con. *saeuire*. In VR. scriptum est *sectantibus hircas*, quod Ar. emend. 267) *non sint non saeui* (seui R) *dentibus hostes* VR, Ar. restit.

- 270 Anguis agit ira morsus, nos improba turba,
Quamvis iustitiam noscentes, temnimus actu
Plectibili: et ueniam ignorantia iure meretur.
- (270) Forte sit et nobis haec excusatio certa.
Ne furtim noceant, angues quaeruntur in herbis,
- 275 Quaerimus immites et per deserta leones,
Ne gregibus pasti uastent cultoribus agros.
Sectatur uenator aprum, cui retia figit,
- (275) Vineae ne pereat sub morsu dentis adunci.
Cervus ut occumbat, quaerit medicina medullas.
- 280 Quid nocuit passura lepus, quid dama uel hircus,
Quos medicina iubet haec ut capiantur ad usus?
Ut sub fraude cadant uenantum aut ense maligno.
- (280) Quid pisces meruere freti? Quid turba uolucrum?
Peruasit gens nostra fretum. Peruaditur aer,
285 Ut capiantur aves ex nulla parte nocentes.
Quae natura negat, per nos elementa petuntur:
Per pelagus celebratur iter: seiunctus ab undis
- (285) Nauigat, audaces quatiens super aequora remos.
Parua putant homines fluctus transire nocentes,
- 290 Insuper armati medias grassantur in undas.
Aut bellator aquas aut iam pirata uagatus
Sollicitat, glaucumque fretum mucrone cruentat,
Et bellum ignotis transfert manus hostica terris.
- (290) Non sat erat, terrae tolerant quod bella cruenta,
* * * * *
- 295 Ut uel in extremos tantum produceret hostes.
Impatiens armata manus cur tela propinquis
Implicitant, peraguntque (nefas!) ciuilia bella?
Nec solum ciuile sat est: socerosque patresque
- (295) Germanosque petunt saeuo certamine fratres.
- 300 Nec modo tentatur nouiter: primordia mundi
Hoc tetrum doluere nefas, hominemque secundum
Conspexere pii perfusum sanguine fratris.

270) *Anguis agit ramis opus V. agit ranis opus nos R.* Praeter scripturam in uerborum contextum recept. Ar. con. *agit ignarus opus uel agit ignara malum uel agit rancoris opus.* 271) *Quid uos iustitiam noscentes terminus actu V. Quid nos i. n. tenuimus R, Ar. rest. idem con. Quid nos aut Quod uel iustitiam.* 274) *Nec f. n. angent quaeruntur (hoc non clarum) in herbas V. Nec f. n. angues q. in herbas R, Ar. emend.* 276) *gregibus passis VR. pasti Ar. qui praeterea con. gregibus sparsis.* 277) *Nectatur R. nectator V. Ar. corr.* 280) *pessura VR, Ar. corr. Idem con. peritura uel per rura.* 282) *Ut sub fr. cad. uenantum (rell. desunt) V. Ut s. fr. c. uenantum ante malo . . R. aut cuspide ferri Ar. de suo.* 283) *pisces mouere VR. nocuere Ar. restit. idem con. meruere.* 287) *iter sed iussus ab undis (abundis R) VR, Ar. emend.* 290) *in urbes prius in V. inundas R, ex quo u.* 291 adieci, nulla mutatione admissa, praeterquam quod pro *uagatus* legitur *uagitus.* 292) *Sollicitat glaucumque R. cruento R, Ar.* 293) *manus hospita R, Ar. quod plane absonum est.* 294) *erant VR, Ar. corr. tulerant quod Ar. con. Inter hunc u.* et seq. lacuna statuenda est. 295) *uel in exmos tantum R. uel tantum V. uel finitimus (uel Et quod finitimus aut uicinus aut riualis) Ar. scripsit.* 297) *Implicitant VR, Ar. rest.* 300) *nouiter R. nouiter uel nouitas obscure V. quam alteram formam Ar. in adn. comprobat.* 301) *Nec terum d. n. hominumque R. Nec telum d. n. hominumque V. Horrendum d. n. hominemque Ar. edidit.*

- Gessit hoc impietas, quum primum conditus orbis,
 (300) Et quasi lex fuerit, miserum sic uenit in usum.
 305 Faucibus obliis cadit a latrone uiator.
 Quid fur nocturnus prauo uelatus in actu,
 Ne capiatur, agat, ferro comitante per umbras,
 Multorum nos saeua docent exempla priorum.
 (305) Quid quod adulterium dulces male uenit in usus,
 310 Incestique nefas agitat plectenda libido!
 Inuadunt plures alieni cespitis agros,
 Et domibus iunxere domus non iure modesto,
 Ac promissa fides non custoditur amico.
 (310) Nobilium plures decepti fraude clientes,
 315 Canities despecta senum, laesique parentes,
 Infantumque animae nullo pro crimine raptae:
 Nam quae tam paruis fecisset culpa reatum?
 Iam genitos utinam tantum fera dextra feriret!
 En necdum natos properant in uentre ferire:
 320 (315) Externos pariterque suos furit impia mater
 Conceptus damnare, sui nec cura pericli est.
 Quae bibit impietas truculenta impune uenenum?
 Repperit hoc quis grande nefas, ut non sibi mortem
 Hauriat hoc quaecumque bibit? minus ecce nouerca
 325 (320) Audet in externos genitos, quam mater agit rem.
 Dextra nouercalis iam natos mittit ad umbras,
 Ante mori genitrix, quam nasci pignora cogit.
 Ne mala sufficerent, faciunt peiora nocentes.
 Mortua quin etiam non linquunt membra quieti:
 330 (325) Sollicitant animas mortis iam lege quietas
 Cantibus infaustis, herbis atque arte nefanda,
 Et responsa petunt tenebris de uoce sepulcri,
 Vt cantauit agens animam in pythone prophetae

303) *hoe i. et postea conditor VR. id imp. quum primum conditur Ar. scripsit.* 305) *obsessis cadit aluigrisne uiator VR, Ar. emend.* 306) *paruo uelatur in actu V. prauo uolatus R, Ar. emend. idem con. paruo uelatus amictu.* 308) *uos saeua decent V, Ar. emend. quod confirmatur scriptura cd. R.* 309) *quid- quid adult. V. Quicquid R, Ar. corr.* 310) *agitus prius in V.* 311) *cespitis R. caespitis Ar.* 312) *iunxisse VR, Ar. corr. domus R. domos Ar.* 314) *decepit VR, Ar. corr. idem con. Nobilitas pl. decepit.* 316) *Hunc u. ex cd. R. adieci, in quo scriptum est animas n. pro cr. raptas. Hinc apparet, Ar. in seqq. uer- sibus constituendis non recte uersatum esse.* 317) *Seruauit uersuum ordinem in VR. exhibitum. Namque tam V. Nanque R.* 318) *genitus VR, Ar. sorr. qui hos uu. ita scripsit: Iam genitos — feriret. Et tantum paruis — reatum.* 319) *et nec damnatos properent V. Et nec dam natos properent R. Et necdum natos pro- perant Ar. edidit.* 320) *Internos Ar. con. 321) suos et cura V. suos furit imj et cura R, Ar. restit.* 322) *uiuut impietas VR, Ar. rest.* 323) *hoc quodcumque uiuit munus ecce nouercam V. hos quodcumque uiuit munus ecce nouercam R, Ar. emend.* 325) *Addet inexternos genitus q R. quam dubie V.* 326) *nouercales i. n. m. a. umbras prius undas V (in quo dextra non clare). nouercales (e ab ead. m. corr. fuisse uid. i) R.* 327) *Ante mortem g. quam VR, Ar. restit.* 328) *Nec mala VR, Ar. restit.* 329) *quieta Ar. con.* 330) *Sollicitant — lego corr. lege R. Sollicitant Ar.* 331) *infaustis R, uti Ar. restit. infaustis V.* 332) *sepulchri R. tenebrosa uoce sepulti Ar. con.* 333) *Et cantauit agens animam agi nocte prophetae (profeci- phetae R) VR, Ar. restituere conatus est, sed ipse dicit hunc locum esse propemodum insanabilem: equi- dem intacta reliqui eius uerba, quamquam non uideo, quid sibi uelit in pythone.*

- Infelix Saul. Cur non grauiora mereri
 335 (330) Omnia debuimus, qui sic peccamus inique?
 Sol, lux, clara dies, luna stellaeque micantes,
 Vel quaecumque deo famulantur sidera magno,
 Militia praeclara poli, uel pontus et aer
 Et tellus accepta dei praecepta reseruant,
 340 (335) Ac deuota pie per secula mille morantur.
 Nec tam longa mouet diuersi temporis aetas,
 Vt legem seruare negent, aut tempora mutent
 Contra iura dei, contra praecepta Tonantis.
 Splendet sole dies, illustrat Cynthia noctes,
 345 (340) Et quasi gemmatum distinguunt sidera caelum.
 Aestuat undosum pelagus, ceu fluctibus astra
 Impetat, et terram spumis operire minatur.
 Nec tamen egreditur transgresso limite punctum:
 In sua regna furens confringitur, et redit in se
 350 (345) Aestus et unda maris, saeuus licet aequora tollat
 Ventus, et insani feriant sua littora fluctus.
 Pendula caeruleum non audet scindere tellus
 Inuasura fretum, tantum contenta moratur.
 Tramite iuncta suo, ripis mirantibus aequor,
 355 (350) In cumulos montesque uidens insurgere fluctus:
 Nec pauet inuaditque, nec illa inuaditur undis.
 Est homo grande malum, legis transgressor, et audax
 Criminis inuentor, scelerumque repertor et auctor,
 Immemor auctoris, mortis dux, germinis Euae,
 360 (355) Oblitusque sui patris, inimicus et hostis
 Omnibus atque suus, solus sub tempore paruo
 Transgreditur praecepta dei. Scelerata propago
 Nascimur, ex fonte sceleris genus omne meamus,
 Ex primo quicumque sumus nunc usque creati:
 365 (360) Non pietas, non ira dei nos ulla coerct.
 Secula quod fuerant transacta ad tempora Noe,
 Et scelus assiduum, uel saeua piacula mundus
 Adderet, et nullus hominum retineret honestum,
 Nec tamen ulla simul processit poena reorum,
 370 (365) Inde gigantorum moles praesumpta rebellat,

334) *Fascibus et scelerum* V. *Fascibus scelerum cur* R: cf. u. antec. 336) *Sd* corr. *Sol* R. 337) *quaecumque adeo* corr. *deo* R. 338) *Militia per clara* VR, Ar. restit. sed in adnot. defendit formam *per-clara*. 340) *pie* per *saecula* R. *pie secula* V, Ar. corr. 342) *seruare* R, uti Ar. *serua* V. 344) *quintia noctes* prius *montes* V. *illustra quintia noctes* R, Ar. restit. 345) *distinguunt* R. 348) *limite pontum* Ar. con. 349) *confrigitur* R. 350) *Aestus et unda maris* (alia desunt) V. *maris licet aequora tollat* R. *uulidus licet exercitet aequor* Ar. suppleuit. 351) *sua littora* R, uti Ar. *noluit. sub littora* Ar. ex V. 356. *Nec pauet inuaditque nihil inuadit ab undis* VR, Ar. emend. idem con. *inuaditue*. 359) *dux terminis aeni* VR, Ar. scripsit *germinis Euae*: in adnot. con. *terminus aeni*, sed ipse non intelligit, hoc quid sibi uelit, at uix aliter se habere uidetur scriptura *germinis Euae*. In Add. p. 466. affert, Ar. a nonnemine scripturam ed. V. ita explicari, ut *terminis* sit genit. uoc. *termen* = *terminus* (haec forma sec. Varr. L. L. 4, 4, ab Actio usurpata est). 360) *sui patris* VR, Ar. corr. fortasse *patris* absolute accipiendum (= *peccans, peccator*). 361) *tempore amato* corr. *paruo* R. 363) *Nascimur* Ar. con. *nascitur* R, uti Ar. edidit. 367) *scelus ad sidum uel noua* VR, Ar. emend. idem con. *uel nota*. 370) *gigantorum* VR. *gigantaea* Ar.

- Sacrilega ceruice tumens, quodcumque ualebat
 Aut poterat, stolido sibi demens arrogat ausu,
 Nil reputando deo, per quem ualet omne, quod extat.
 Despexit Dominum uelut insuperabilis audax
- 375 (370) Terrigena proles, meruitque infanda propago
 Naufragium terrestre pati, dum littora nusquam
 Terra, licet distenta, daret, quum flumina pontus
 Obrueret, pontumque nocens absconderet imber,
 Quum moribunda fretis siluestria cuncta natarent,
- 380 (375) Et genus aequoreum pascens in montibus altis,
 Ac pariter pelagus uastas gestiret in auras.
 Agmina quum uolucrum, quae protulit, unda necaret.
 Cum grege nat per rura lupus, uenator et ursus
 Mergitur, et nullos metuunt armenta leones:
- 385 (380) Nam paupor unus erat, totum sors mortis habebat.
 Nec qui fleret, erat: cunctos mors una tenebat.
 Hoc solum seruat, quod diuus diligit auctor.
 Enatat inter aquas cum mundi civibus arca,
 Conceptu paritura simul iuuenesque senesque
- 390 (385) Et pueros matresque pias tenerasque puellas.
 Vna dies produxit auum serosque nepotes.
 Excepit pariter tellus natosque patresque,
 Aequaeuosque facit diuersi temporis ortus.
 Non homines tantum fecundior arca refundit.
- 395 (390) Pace quidem modico ditata est tempore terra:
 Nam postquam reuocantur aquae per uiscera terrae,
 Diluuiumque nocens alta suscepit abyssus,
 Littora nudantur, montes, mare, flumina, siluae,
 Apparent fontes, paulatimque arida tellus
- 400 (395) Redditur, et redeunt cunctis iraeque metusque,
 Iam tecta tellure, feris gregibusque auibusque.
 Impia gens hominum scelerum mox uota resumit,
 Et facinus reparare cupit, ne perderet usum
 Criminis illuies, et tamquam damna subiret.
- 405 (400) Sic haerent delicta malis grassante reatu,

372) *Aut poterat* (rell. desunt) VR, Ar. suppleuit. 373) *deo per quod* VR, Ar. restit. 374) *D. sicut V. hominum sicut R: sicut* fortasse ferendum. uelut Ar. 376) *Naufragium terra est repati.* VR, Ar. emend. *litora* Ar. 377) *quum flumina* R, uti Ar. con. *quod* ambigue V. 380) *equorum pascit* R, *pascit* V, Ar. corr. 381) in *undis* VR, Ar. emend. 383) *Cum greges fit (sit R) tractura lupus* VR, Ar. emend. 387) *Nec solum* (desunt rell.) V. *Nec solum seruanti quicquid diligit auctor* R. *Et solum emergens diuino condita iussu* Ar. suppleuit. 388) *archa* R. 389) *conceptum* VR, Ar. rest. idem con. *Conceptos.* 393) *Et quae uosque facit* VR, Ar. emend. 394) *Nec et resudit* Ar. con. 395) *Pace quidem modica dilata de litore (litorae prius V, littore R) tenta* VR, Ar. sunt, quae in contextu leguntur. 396) *Nam postquam* (desunt rell.) V. *Nam postquam reuocantur per uiscera terrae* R. *Nam postquam pelagi cecidit tumor, unda resedit* Ar. ex Hilario in Genesin suppleuit. 397) *nocens altus* VR, Ar. corr. *altus* fortasse ferri debet. 398) *Litora* Ar. *montes* R, uti Ar. *monte* V. 401) *Iam tecta uid. esse corruptum: si metrum ferret, conicerem: Retecta.* 402) *resumit* uid. scriptum in V. 405) *grassante* VR, Ar. corr.

Sic passim redeunt ad saeva piacula mores,
 Pertulit et stadium princeps impune uagari,
 Vt reuocarentur sociati crimine multo.

- Sed postquam in peius hominum procedere uident
 410 (405) Pessima uota deus, rursus ne perderet orbem,
 Aut impune reos passim dimitteret omnes,
 Eligit e cunctis, quos plus peccare uidebat,
 Supplicio censura dei super astra coacta.
 Et quia diluuium iam non dabit unda secundum
 415 (410) Sulphureas his fundit aquas, nigrumque bitumen
 Compluit, et flammis ultricibus imber adussit
 Quinque cremans urbes, populos et moenia damnat
 Ignibus aethereis succoso cespite cocto,
 Pinguis et in cineres putrescit gleba solutos.
 420 (415) Nos sumus auctores nostris, heu! cladibus omnes:
 Pauperiem, gemitus, mortem, tormenta, dolores
 Nos nobis facimus peccando sponte maligne.
 Segregat Omnipotens merita pro moribus orbis,
 Non sociant poenae, quos non iunxere reatus.
 425 (420) Loth iustus famulusque dei, sine fraude fidelis,
 Inter tot scelerum turbas pius unus et insons
 Eripitur de morte truci, sine crimine uisus,
 Et seruatus abit uitae melioris amator,
 Qualiter ereptus Noe seruatur in arca:
 430 (425) Nec generale malum sensit specialior hospes.
 Tot gens nostra malis nondum correcta uel audet
 Criminibus laxare fores sine fronte pudoris,
 Supplicia et scelerum non damnat praua, sed auget.
 Hinc obscena fames, morbi, mors, luctus, egestas,
 435 (430) Taedia, bella, lues, clades, iactura, labores.
 Nam sic factus homo fuerat, primordia nostra,
 Vt uolucres: pascendus erat sine clade laboris;
 Vomere non terram proscinderet atque ligone,
 Non peregrina uagus rapidis deposceret undis
 440 (435) Committens animam uentis et fluctibus audax,
 Sponte parans fructum, uinum et de fontibus uuae
 In morem fluiualis aquae; longaeua liquores
 Semper oliua uirens certo non tempore ferret.

410) *Pessima uota rursus* R. *uota rursus* V, Ar. corr. 411) *passim depomitteret* (*dimitteret* corr.)

R. 412) *Eligit e* I (*ex uoluit*) *cunctis* R. Ar. suspicatur, hunc u. post seq. ponendum esse. 416) *flammas* VR, Ar. corr. idem con. *flammis ultr. irruit imber* aut *imber adurit*. 418) *succoso cespite cocto* R. *succiso caespite cocto* Ar. 419) *solutos* R. *solutus* V. *soluta* Ar. 423) *moribus* obscurum in V. 427) *de morte crucis sine* VR, Ar. emend. 428) *Et seruatur abit* VR, Ar. emend. 429) *erectus* V, in quo dubium an *seruatur* an *seruatus* sit scriptum. *ereptus N. seruatur* R, uti Ar. corr. 430) *hospes* Ar. emend. *hostis* VR. 431) *malis non uel correpta* VR. *malis nondum correpta uel* Ar. 432) *laxare frenos sic* VR. Ar. corr. sed idem proposuit *laxare iugum* aut *nondum correpta*, uel *audax Criminibus laxat frenos*. 434) *morbi mox luctus* VR, Ar. corr. 435) *atque ligones* VR, Ar. corr. 441) *parans fructum uinum de fontibus* R (*et omissum*). *fontibus* in nexu litterarum V. 443) *Semper oliuarum certo* VR, Ar. corr.

- Mella darent uepres, sentis sudaret amomum,
 445 (440) Omnis ager pigmenta daret uernantibus herbis,
 Et rosulas proferret hiems, seruaret et aestas
 Lilia purpurea, flos omnis staret odore,
 Nec marceret honos uiolae pallore decenti,
 Non niger aut albus tantum color esset in agnis,
 450 (445) Sed rubicunda daret pretiosus uellera sandix,
 Lanigeras uestiret oues et muricis ostrum,
 Fabula certa foret Phrixei uelleris aurum,
 Famam Schoenei uerax arietis haberet
 Per populos certamque fidem sine crimine tanto.
 455 (450) Viscera non terrae tantum pretiosa metallum
 Seruarent abstrusa nimis, nec gemma lateret;
 Omnia sed passim facies telluris haberet,
 Omnibus in terris regio non indiga mercis,
 Vilior illa foret populis, portantibus Euris.
 460 (455) At nunc plectibiles humanae mentis ubique
 Dulcia subducunt mores, et amara ministrant.
 Forsitan opponant homines delicta fatendo,
 Angelicum peccasse genus, quod purior aer,
 Et super astra polus, uel caeli regna tenebant.
 465 (460) Ante tribunal erant, ubi casta et sancta uiderent
 Corporis expertes, terreni ponderis, omnes:
 Et sic error eos tenuit crimenque nefandum.
 Quid homines miseri, fragili sub tegmine carnis
 Captiuos quos membra tenent et corporis usus?
 470 (465) Sic uobis responsa dabo: Quid culpa aliena
 Obiicitur? purgare potest, quod gessit iniquus,
 Alterius quodcumque nefas? scelus omne peractum
 Respicit auctorem, socios, cunctosque ministros
 Implicat, et solos facinus, quos inquinat, urget.
 475 (470) Inde magis mens nostra rea est, quod poena secuta est
 Caelestes famulos, his nec grauis ira pepercit.
 Sideris innumeri cecidit pars tertia caelo,
 Cum duce pulsa suo: superum uindicta coerceat
 Agmina caelicolum, pereuntia clade perenni.
 480 (475) Militiae pars tanta poli districta sine usu
 Debuerat nostros ultro compescere mores:
 Et tamen in nobis nullus timor extitit unquam.
 Quis canis allatret, uibices si ora leonis,

446. rosulas al. m. corr. rosidas proferret R. 453) Famam scenae uerax . . . (desunt rell.) V. Famam scenae uerax arietis caueret R. Famam scenarum uerax narratio ferret Ar. suppleuit. 458) indigna corr. indiga R. regio nulla indiga Ar. con. 459) populis peccantibus euros VR, Ar. corr. 461) amara ministrans VR, Ar. corr. 464) manebant ead. m. corr. tenebant R. 465) ex castra corr. casta V. 466) expertes, terreni et ponderis omnes Ar. con. 467) Et sic terror eos VR, Ar. corr. 470) quid obscure V. 474) solus f. quod VR, Ar. corr. 475) quod dubie V. 478) suos superans u. coercens (cohercens R) VR, Ar. corr. 479) pereuntia R, uti Ar. perentia V. 480) Militia pars tanta poli distincta sine usu VR (in quo distincta) Ar. corr. Fortasse: distracta. 481) ultro R, uti Ar. corr. ultra V. 483) inlatret (in latret R) uibices si terga VR, Ar. corr.

- Colla caputque ferant, et sanguine fulua rubescant?
 485 (480) An solis pereunte die, simul obiice terra,
 Sidera despiciant umbram, qua cuncta teguntur,
 Et superare putent crassas tenui igne tenebras?
 Aut siccante freto iactet se riuulus undae,
 Quod nec grandia aquae possunt sedare fluenta,
 490 (485) Gurgitis aequorei cunctus si fluctuet amnis?
 Sed quia caelestis pietas ueniale minatur,
 Plusque coruscantes flammis, quam fulmina uibrat,
 Aut si fulmen habet, montes et culmina tangit,
 Procerasque rapit cedros celsasque cypressus,
 495 (490) Vt terrore domet potius, quam clade profanos.
 Est nobis contemptus atrox, animique nocentes,
 Omnibus est nobis: pietas tamen alma nocenti
 Indulgere uolens, cito quam punire parata,
 Misit ab arce pium caeli per sidera Christum,
 500 (495) Qui uirtute sua serpentis frangeret artes,
 Per uexilla crucis hostis populando cohortes,
 Praecipiti iactu quas celsa palatia caeli
 Exilio trusere graui sub perpete culpa.
 Expauit Iudaea deum post uiscera matris
 505 (500) Maxima tot populis dantem miracula Christum.
 Inuida continuo, semet laesura, profanam
 Sacrilega tenet arte uiam liuoris iniqui,
 Et quaerit peritura dolos, quibus improba perdat
 Insontem, sanctum rea, noxia, callida, fallax.
 510 (505) Et pretium dat turba: dei commercia fiunt,
 Discipulo uendente suo, funesta duobus.
 Venditor infelix, sed non felicior emptor:
 Pars pretium perdit, perdit pars altera mercem.
 Proficit in nobis, qui non contraximus, emptus:
 515 (510) Sanguine distracti maculatur uenditor, emptor,
 Quo mens nostra sacri mundabitur imbre cruoris.
 Ah scelus atque nefas! insontem turba reorum
 Supplicio, quo digna fuit, cruce, uerbere, ferro
 Affligit, letique uias et limina mortis
 520 (515) Ingerit aeterno, cui lex ab origine mundi

484) *rubescunt* VR, Ar. corr. 485) *Aut solis* VR, Ar. corr. *obice* R. 486) *putant* VR, Ar. corr. 488) *Aut siccante freto iacte* V. *Aut siccante freto iacte seruulus unda* R. *Aut sitiente freto iactet se pellere riuus* Ar. *suppleuit: siccante* (absol.) Ar. in adn. comprobat. 489) *Quam nec legandis possunt* V. *Quam nec legandisque possunt* R. *Quam nec magna sitim possunt* Ar. 492) *Plusque et quam in nexu litterarum* V. *Plusquam c. fl. q. f. uibrant* R. 494) *Arboribusque capit cedros celsasque cypressus* VR. *Arboribusque caput, c. c. cypressos* Ar. idem con. *Arboreumque caput*. Interim substitui *Procerasque*. 496) *Est nobis contemptus* (contentus R) *arax animique nocentes Omnibus et nobis* VR. *Est n. contemptus atrox, animusque nocendi. Omnibus est, nobis* Ar. edidit. 497) *alma nocentes* VR. *nocenti* Ar. con. sed in contextu scripsit *Parentis*. 498) *quam* ambigue V. *cito nec punire* Ar. con. 502) *Praecipit iactu* VR, Ar. corr. 506) *semel lesura profane* V. *semel laesura prophanae* R, Ar. corr. idem con. *profana*. 515) *maculatur* VR, Ar. corr. 516) *mundabitur* Ar. restit. *maculabitur* VR. fortasse *emaculabitur*, quod apud Dracontium tolerabile uidetur, cf. u. 603. *mundabitur amne cruoris* Ar. in adn. con. 519) *lethique* Ar. 520) *ab origine mundo* Ar. con.

- Nec fuit initium nasci, nec finis obisse.
 Ergo salutaris quod passio membra peremit,
 Fecit abire diem, soli restantibus horis,
 Et noctem sub luce dedit: rediere tenebrae,
 525 (520) Sed sine more suo, uiolata lege polorum,
 Tum niger axis erat, quem lucida palla tegebat,
 Candida sanguineum monstrauit luna ruborem,
 Cardine sub gemino nox importuna pependit,
 Et planxit natura deum, monumenta piorum
 530 (525) Clausa patent, plures mundo rediere sepulti,
 Et uitam mors ipsa dedit. Dum uita perennis
 Limina mortis adit, *stygii* tremuere ministri,
 Effugiunt tormenta reos, inuita pepercit
 Tortorum metuenda manus, lux funditur umbris
 535 (530) Descensum comitata dei, simul orbe fugata.
 Tartarus infelix nunquam satiabilis umbris,
 Et solitus gaudare neci, turbatur amare,
 Et supplex augmenta dolet, nam damna futura
 Haec augmenta dabant: animas, quas claustra tenebant
 540 (535) Carceris aeterni, redituras lucis ad usus
 Infremit, et legem uiolari deflet Auerni.
 Luminis impatiens, ut iam remearet ad auras
 Aethereas, optat dominum regemque polorum,
 Ne chaos omne grauet iubar insuperabile Christus,
 545 (540) Aut spoliet toto nigros simul agmine manes,
 Ad superos reuocans animas uirtute parentis.
 Tertius interea processit lucifer astris
 Oceano splendente die: redit almus ab umbris
 Rex reduci uita, magna comitante caterua.
 550 (545) Discipuli reducem laeti uidere magistrum.
 Inde reuersus habere petit sua regna triumphans,
 Dexter in arce sedens, consors genitoris amatus;
 Iudicio uenturus erit post secla futuro.
 Reddere mercedem cunctis, quam quisque meretur,
 555 (550) Ad dextram laeuamque iubens astare cateruas,
 Exigat ut meritum uitae prauaeque bonaeque.
 Si scelus est et grande nefas, tempsisse potentem,
 Factorem temerasse suum quod crimen habetur?
 Et tamen indultor mansit post funera carnis,

523) *soli restantibus* VR. *solis* Ar. edidit, quod non est necessarium. 525) *sine more* V. *more* R. uti Ar. corr. 526) *Tunc niger* R. *tegebant* R. 529) *planxit* R, uti Ar. corr. *plaxit* V. 530) *redire* VR. Ar. corr. 532) *Lumina m. adit ut tremuere* V. *Limina m. adit . . . ut tremuere* R. Quae in contextu leguntur, Ar. coniecit. 535. *comitata* R, uti Ar. emendauit. *commutata* V. 539) *tenebat* VR, Ar. corr. 541) *Ingemit et* R. 543) *optat* VR. *orat* Ar. edidit. 544) *Hecatos omne grauat iubar* VR. *Ne grauet omnem Hecaten iubar* Ar. edidit. De uoce *chaos* cf. III, 64. cum adn. Arevali. 546) *parentis an perentis* dubium V. 548) *diem* VR, Ar. corr. 549) *reduci cum uita* V. *reduci cum uite* R, Ar. corr. 551) *reuersus habitare petit* VR, Ar. corr. *triumphus* corr. *triumphans* V. 553) *iudico* corr. *iudicio* V. 555) *catheras* corr. *catheruas* pro *cateruas* V. 556) *Exigat* Ar. edidit, uti R. Idem con. *Exiget ut m. u. prauaeue bonaeue*. 557) *tempsisse parentem* Ar. con.

- 560 (555) Poeniteat si forte reos, clementius audit,
Datque repente pius ueniam, donatque reatum.
Iuda miser ueniam si uel speraret, haberet:
Sed memor infandae tamen et sine nomine culpae
Credidit infelix nil iam ueniale mereri,
- 565 (560) Indicioque suo ueniae subtractus abiuit.
Redditur argentum, scelerata ad colla pependit,
Vix tandem iustus, nam nec permansit auarus,
Suspensus obiit, se mox ultore seuro.
Vincula rumpuntur, cecidit, crepuitque cadauer,
- 570 (565) Viscera fusa iacent, hinc cor crudele patescit,
Funestatque diem de corpore tabe madenti.
Legimus, innumeras ueniam meruisse cateruas
Iudaea de gente reas, mortisque ministros
Optima perpetuae sumpsisse haec munera uitae,
- 575 (570) Quorum Paulus erat caput extans grande malorum:
Et tamen ipse fuit legis post crimina doctor.
Martyrium Stephano qui fecerat, inde recepit,
Et meruit plenam, quam contulit ante, coronam,
In se uera dei confirmans uerba probauit:
- 580 (575) Hoc patietur homo, quod quisquam fecerit ulli.
Sed bonus excepit, quod tunc male fecit iniquus,
Quod populos gentesque docens conuertit eundo
Per mare, per terras, ut Christi nomen adorent,
Gentilesque deos et cordibus idola pellant,
- 585 (580) Mars cadat ex animo, pereant Saturnus et Arcas,
Iupiter atque Venus, Titania, Iuno, Cupido,
Vel quicumque dii ficti sermone uetusto
Credantur nil posse, simul nihil esse probentur.
Solus ubique deus, rerum fons, conditor et spes,
- 590 (585) Idem semper eris, quod et es, quod et ante fuisti,
Nil addens minuensue tibi crescentibus annis.
Tempora mutantur, te nunquam secula mutant:
Qualem prima dies, talem simul ultima noscet.
Quum te non caperent caeli terraeque fretumque,
- 595 (590) Aeris et spatium, modico te corde reponis
Pectoris humani, conceptus mente fideli.
Exaudis, quod lingua tacet sub corde loquaci.
Ante futura uides, penes et te nulla futura
Sint licet: Omnipotens, praesentia cuncta uidentur,
- 600 (595) Aut transacta magis nobis uentura creantur.

564) nihil R, Ar. 565) Indicioque Ar. con. 566) Reddidit Ar. con. 568) seure prius in V. Expensus — seuro R. semet ultore Ar. con. 570) u. fusa huic cor cr. V. fusa iacent hinc cor R. fusa fluunt, hinc cor Ar. edidit: idem con. Viscera fudit humi, cor et crudele (contra metrum). 574) sumpsisse munera VR. haec Ar. addidit: fortasse sumpsisse en munera. 580) fecerat R. malefecit R. 585) et Arcas R, uti Ar. scripsit. et aras V. 587) ficto VR, Ar. corr. 590) eris, quod et es, quod et R, uti Ar. corr. eris quod es quod et V. 591) minuensue R. 595) Aeris R, uti Ar. restit. acris et spatium V. 598) penes te VR. penes et te Ar. quod nix latinum est, neque quod ad sententiam attinet, sufficit. Haec et sequ. mihi corrupta uidentur. Ar. con. praeterea: uides, potius tibi nulla futura Sint licet aut Scilicet.

- Quin peccaturos homines tu Spiritus auctor
 Ante uidens primum medicinam, sancte, parasti,
 Quam faceres hominem: indulgentia prompta reatum
 Praeuenit, et facinus uenia praecedat iniquum.
- 605 (600) Christus enim datus est nobis spes una salutis,
 Qui nostra hinc peccata lauet pius amne cruoris:
 Et licet ipse ferat maculas et crimina nostra,
 Immaculatus adest tamen agnus et unicus heres
 Semper uiuentis, semper uicturus et ipse.
- 610 (605) Largitur peccata reis sine uoce rogatus
 Pectoris affectu, secreta mente, fide, spe.
 Quum sit ubique deus, semper praestare paratus,
 Tardius accipimus, heu! nostro corde morati.
 Oderunt pia uota moras: festinus adoptat,
- 615 (610) Vt praestet, si quae nos purget causa morandi.
 Arbitrio posuit clemens deus omnia nostro,
 Libera mens hominum est, peccare aut uiuere sancte
 Libera uota dedit, quando sperare uelimus,
 Credere si placeat, facile est nam posse mereri.
- 620 (615) Credidit Abraham, Dominoque est factus amicus.
 Confectus senio, membris marcentibus aeuo,
 Inter auos atanosque fuit, sed prolis egenus,
 (Haud soboles Ismael erat) frustraue maritus
 Officii genitoris iners: argente uapore
- 625 (620) Germinis extinctus cecidit genitalibus ignis
 Et fecundus amor, quem iam subtraxerat aetas.
 Nec solus steriles retinebat marcidus artus:
 Femina deterius praemortua membra trahebat,
 Spes generis recidens; et uis materna peracta,
- 630 (625) Augebat spem sola fides, praesumptio simplex.
 Frigida progeniem senibus natura negarat:
 Flebile coniugii portabant nomen inane.
 Spes tantum iuuenilis erat, crescentibus annis.
 Affuit his prolem spondens cum gente nepotum.

601) *qui peccaturos VR. Sic peccaturos Ar. scripsit.* 603) *Quam faces V, in quo prompta dubie.*
Quam faces h. i. parta reatum R. (illa linea ab al. m. suprascr.) 604) *Preuenit R. perunit et V, Ar. corr.*
 606) *hinc R, huic V. hic Ar. edid. idem conii. haec aut Qui nostra peccata.* 608) *immaculatus (?) et*
in
 obscure tamen V. *Immaculatus tamen adest agnus et. al. m. corr. adest agnus R. 612) sit R, uti Ar.*
 edidit. *fit V, 613) nostra corda VR, Ar. corr. 615) Vt praestet quam (hoc ambigue V.) nos quo purget*
causa mereri VR: Arevali sunt, quae in contextu leguntur. Fortasse: Vt praestet, quae nos purget causa
merendi, uel morandi, et in u. antec. festinus adopta. 617) sanctae V. 621) remeantibus aeuo VR. Ar.
corr. 623) At soboles impubes erat VR, Ar. corr. idem conii. Ismael impubes erat aut Non heres Ismael
(Israel scripsit) erat. nihil sufficit. 627) artus Ar. restit. astus VR. 628) pro mortua VR, praemortua uel
emortua Ar. 629) perempta Ar. conii. reuidens corr. recidens V. 630) Augebat spes sola fides presum....
 (rell. desunt) V. *Aug. spes sola fidem presuma... uel spes et al. m. corr. presunt ut spes R. praesumptio*
simplex Ar. suppleuit ex III, 248. Fortasse: Augebat spes sola fidem: praesumitur et spes. 631) negaret
 VR, *negarat aut negabat Ar.*

- 635 (630) Non hos certa fides, nec spes incerta fefellit.
Fecundus per membra uapor discurret utrique,
Dulcior et gelidis irrepsit flamma medullis,
Miranturque senes recidiuo fomite uenas
In sobolem caluisse suas: animatus anhelat.
- 640 (635) Inter membra puer uinctus compagibus artis.
Intumescere sinus, rugis percuntibus alui,
Quum tantum sit mater anus paritura prophetam:
Et sterilis, fecunda parens, miratur et haeret,
Sic uterum creuisse suum, tenerasque puellas.
- 645 (640) Consulit, et trepidans tamquam noua nupta requirit.
Saepe uerecundos faciunt noua gaudia uultus:
Fructus honestatis datus est de uentre pudoris.
Sic licet unius genitor post secla creati,
Gentibus et populis tamen est pater unus origo.
- 650 (645) Omnis arena maris, uel flammea sidera caeli
Aequantur numero benedicti germinis apte.
Nam cui terra datur, et caeli sancta parantur,
Rectius aequatur geminis hinc inde elementis.
Sara socerque simul Dominum petiere rogantes
- 655 (650) Illa uirum meruit stabilem post funera septem,
Hic uisum: fugiunt cum paupertate tenebrae,
Et gemino capit orbe diem, reducesque sereno
Lumine sunt acies post nubila crassa micantes.
Dauid adulterii facinus homicida peregit,
- 660 (655) Sed scelus agnoscens culpas impune fatetur,
Sic reus et ueniam sceleri sub uoce meretur
Credulus, et Domini famulus post, atque fidelis,
Attestante deo, caelesti uoce uocatus
In tantum, ut regem faceret post crimina natum
- 665 (660) Ex eadem muliere uirum, cui tempore partus
Omnia concessit merito genitoris amati.
Fleuerat Ezechias: sub puncto temporis uno
Et prece primori uitam et tria lustra meretur.
Murmure sub tacito sterilem defleuerat Anna
- 670 (665) Materiam: fecunda redit per uota priora,
Et non est ultra uox expectata secunda.
Hi solas fudere preces, ieiunia nulla,

635) Non hos R, uti Ar. corr. nos hos V. 636) discurret utique V. post membra u. d. utique R. Ar. corr. 638) recidiuo fomite R. recidiuo somite V. rediuiuo fomite Ar. 639) In sobolem R, uti Ar. sobole V. 640) artis R. arctis V (sed non clare), ita Ar. 641) percuntibus ani prius aui V. aui R, Ar. corr. 642) Dum tamen sit mater VR. Dum tantum sit mater Ar. edidit: idem con. Quum, quod recepi. 643) sterilis R, uti Ar. restit. et steris foecunda V. 648) Scilicet unius Ar. con. 650) uel flumina VR, Ar. corr. Fortasse: fulgida. 651) Aequatur V. Equatur R. Ar. corr. germinis Isaac Ar. con. 653) aequatur VR. aequatis Ar. edidit, quia praeced. non recte intellexit. 654) Sarra VR. 655) post obscure V. 656) Hinc uisum VR, Ar. corr. 657) capit R, uti Ar. restit. caput V. 658) Lumina sunt VR, Ar. corr. 659) omicida R. 661) sceleris Ar. con. 662) post statque VR. Ar. corr. 666) merito genitoris amato (Salomoni) Ar. con. 667) erechias R. 668) Et prece primo dicauit et VR, Ar. corr. qui praeterea con. Et prece proferri uitam ad tria. 670) Matricem Ar. con. 672) Hi sola fudere VR, Ar. corr.

- Nam nec tempus erat longum, quo uota piarent.
 Quum nec plena fuit cunctis poscentibus hora,
 675 (670) Qua uotum meruere suum pietate Tonantis.
 Quod uetus atque nouum duo testamenta loquuntur,
 Milia tot subito ueniam meruisse reorum,
 Pro quibus una semel uox est aut nulla precata.
 Exigit quid plena fides et credula, dixi:
 680 (675) Quid non credentes mereantur, dicere cura est.
 Incurrit culpam sancti pater ille Ioannis,
 Pontificis loca sacra tenens magnusque sacerdos,
 Credere cunctatus Domini promissa Tonantis,
 Angelico senior monitus sermone repente.
 685 (680) Mox uindicta datur per longa silentia linguae,
 Donec uentris onus, bis quinque mensibus actis,
 Fundatur de matre puer sub sorte beata.
 Tu, deus omnipotens, rerum caelestis origo,
 Tu pius et clemens et consolator haberis,
 690 (685) Tempore tristitiae maior defensio pressis.
 Erigit elisos, releuat tua dextra iacentes,
 Confouet abiectos, et semper pascit egentes,
 Pocula larga parans sitientibus alma ministrans.
 Nescius irarum monitis, non clade coerces
 695 (690) Peccatum, sine clade reos clementior audis
 Ante preces, ueniale iubens: non ira furorem
 Excitat, ut iubeas uel iuste occidere sontes.
 Plus pius es, quam iustus: agis non ergo seuerus,
 Errantes punis, sed mitis corrigis omnes
 700 (695) Sub pietate bonus, poenae cessante flagello.
 Et quoties commotus eris, placidissimus extas,
 Nil immite iubens: leuis est sententia caeli.
 Rex pie, supplicium cunctis reuocabile dictas,
 Vt, si peccantes agnoscant corde reatus,
 705 (700) Et damnent meliore animo delicta priora,
 Sint, quibus ignoscas; sed non semel ista relaxas,
 Saepius indulgens, ostendens limina mortis,
 Et reuocans a morte truci, quos culpa premebat
 Faucibus inferni raptas inducere formas.
 710 (705) Hi soli pereunt, semper quos esse profanos
 Constitit, sine fine mali peccare uolentes.

679) *Eregit quod* Ar. con. 680) *dicere curae* VR. *dicere quaeram* uel *curo* uel *cur est?* uel *curae est* uel *cura est* Ar. con. hoc ultimum recepit. 686) *onus* (corr. o) R. 687) *Fundatur de matre* R. *tundatur de* V. *Fundatur de uentre* Ar. 689) *consolator herilis* VR, Ar. corr. 690) *pressis* dubie V. 693) *alma* R. uti Ar. edidit. *arua* ad marg. *alma* V. *Praeterea* Ar. con. *Pocula larga parans sitientibus atque ministrans.* 694) *coerces* scriptum uid. in V. *cohercens* R. *coerces* Ar. 696) *ueniale iubens* VR, *ueniaque iuuas* Ar. edidit (in adn. *iuuans*). 697) *sontes* R, *sortes* corr. *sontes* V. 700) *bonus pene cessante* VR, Ar. corr. 702) *Nil in mente iubens lenis* V. *Nil in mente iubens leuis* R. 705) *damnet* VR, Ar. corr. 707) *indulges* corr. uid. ex *indulgens* in V. *indulges* R. 708) Fortasse: *Sed reuocans.* 709) *raptos* supra *raptas* V. *raptos* R.

- Criminis et poenae limes semel unus habetur.
 Et poteras seruare malos pius usque senectam,
 Vt damnare simul horrenda piacula nossent,
 715 (710) Et ueniam sperare tuam, sed maior habetur
 Hic ratio, nam impune diu peccare nocentum
 Si fuerit permissa manus, turbata repente
 Mens insontis erit, mox poenitet esse modestum,
 Optaturque nefas, et plus pia turba nocetur,
 720 (715) Improba quam rabies atque improba uota fatigant.
 Quid quod et erranti mora non breuis esse probatur,
 Seruaturque diu ueniae, si desinat audax
 Illicitum tentare nefas? nam gaudia caelo
 Conuersus dat quisque reus; sibi quisque medelas
 725 (720) Arbitretur homo, culpas sub uoce relinquit.
 Vox tua quum sileat, tua sed sententia clamat.
 Erigis oppressos humiles, sternisque superbos,
 Tu captiuorum rumpendo noxia uincla,
 Colla leuas attrita iugis ceruice soluta,
 730 (725) Et proceres seruire facis, famulosque iubere,
 Paupertate iubes opulentos turpis egestas
 Vrgeat, et ditas opibus bene largus egentes.
 Ima leuas, et celsa premis, praesumpta coercens
 Atteris, et tennes adiecto robore firmas,
 735 (730) Iura potestatis retinens sub nomine uero:
 Solus enim dominus, dominum qui non habet, extat,
 Vel cui cuncta patent, per quem sunt omnia, quae sunt,
 Et transacta simul, quae sunt quandoque futura.
 Qui dedit Elysios iustis, et Tartara prauis,
 740 (735) Qui placidis saeuisque iubet procedere solem
 Et lunam, stellasque uagas et sidera cuncta,
 Imperat et pluuias nullo discrimine fundi.
 Nec ratione caret pietas generaliter una:
 Mercedem iustis, iniustis munera nobis
 745 (740) Prorogat, ut uel sic nos conuertamur ad illum.
 Illectos donis, non poenis mutat adactos.
 Expectat pia uota deus, non tura requirit,
 Victima sola placet purgatae mentis honestas.
 Nec tamen expensis, sed puro corde litandus
 750 (745) Pectore contritos, genibus cum pectore flexos,
 Suppliciterque suos pandentes fletibus *actus*

717) fuerat permissa V. fuerat pmissa R. Ar. corr. 718) mox penitens se moderatum VR. Ar. corr.
 719) nocetur corruptum uidetur. 720) Voc. rabies ultima litt. ab ead. m. corr. R. 721) Quidquid e.
 scriptum uid. in V. Quicquid et R. Ar. restit. 723) tentare R. 725) uoce requirit R (et V, uti ex Areuali
 adu. apparet) relinquit Ar. edidit. 726) tua cum R. 732) Vestiat et ditet VR, Ar. restit. 733) praesumpta
 coactus VR (in V praesumpta ambigue). Ar. corr. fortasse excelsa. 737) cuncta parent V. paret R, Ar. corr.
 quae sunt R. quae uel quot uel quod sunt non clarum in V. quot sunt Ar. edidit. 738) simul uel sunt R.
 742) fundit VR, Ar. corr. 745) Prerogat R. 747) tura R. thura Ar. 750) flezis Ar. coni. 751) Suppli-
 citerque suos pandentes fletibus V. pandentis fletibus uenas R. actus Ar. addidit. Amplius quaerendum.

- Exaudit: nam si quis erit miseratus egentis,
 Texerit et nudos, inopes defenderit, insons
 Contentusque suis, alienis non inhiarit,
 755 (750) Si impetrare uelit, uelut impetrare meretur,
 Effectus faciles oratio pura reportat,
 Quam non impugnat cuiusque precatio tristis.
 Et fortasse iuuat pauper, peccata relaxat
 Pastus et indutus, uiduae, pupillus et aeger,
 760 (755) Et defensus inops plus, quam scis, quaerere possunt.
 Vestibus, expensis, epulis de more Tabitha
 Expendebat opes, miseris alimenta ministrans.
 Numquid ad annorum numerum cuiusque modesta
 Addidit, et uitam longum produxit in aeuum?
 765 (760) Et meruit tamen ipsa iacens post funera uitam
 Amissam reparare suam, testantibus illis,
 Quis proprias fundebat opes miserata rogantum.
 Petrus enim medicus fuerat, medicina cateruae
 Paupertatis erant: caelis extorsit egestas,
 770 (765) Quod uoluit. Nos turba rapax calcamus egenos,
 Conferimusque nihil: forsam spoliamus auari
 Pauperiem, si forte ferat quodcumque decorum.
 Expectamus adhuc, det pauper xenia nobis,
 Afferat et praedam potius: de nobile pauper
 775 (770) Iam modo diues eget, cui confert indiga dextra,
 Non sibi mendicans, quod diuitis usibus addit.
 Quidquid agamus ad haec sceleris fraudisque dolique,
 Supplicio dignum, differt punire benignus,
 Ac, si poeniteat, magis indulgere paratus,
 780 (775) Qui facit angelicas flamma crepitare cohortes.
 Nam pia turba dei sunt spiritus igneus omnis:
 Quamuis ipse deus se prodidit igne loquaci,
 Quam iubar ignitum Domini rubus asper haberet,
 Et lacrymas populi pro libertate gementis
 785 (780) Diceret ante suum deus ascendisse tribunal.
 Se tamen asseruit sublimibus alma potestas
 Descendisse polis, ut, quae captiua iacebat,

755) *Si imperare uelit uelut imperet ita meretur* VR (*imperet* in V. obscurum) Plane corrupta et mutila: quae in contextu sunt, Ar. edidit, neque tamen aut haec, aut altera con. ei placuit: *Si imperitare uelit, uelut imperitare meretur.* 756) *reportat* R. *reportet* supra *reportat* V. 758) *iuuat: pauper* (hoc in nexu litterarum) V. 760) *inops plus quam* (hoc obscure V) *suum quaerere* VR, Ar. corr. idem con. *plusquam das uel plusquam uis reddere possunt.* 761) *epulas de morte dauida* VR, Ar. restit. *Vestibus et tunicis epulis* Ar. con. 762) *opus* VR, Ar. emend. 763) *Nunquam ad* VR, Ar. corr. 767) *Qui proprias* VR, *quis* Ar. 771) *forsam* R. 772) *Pauper item si* R. *decorem* supra *decorum* V. *decorum* R. 773) *adhuc de paupere* (hoc uoc. non clare) *seuia nobis* V. *adhuc depaupere seuia* R. Hunc et seq. u. quanquam Ar. tentauit, tamen insanabiles ei uidentur: sane. 774) *Afferat et praeda potiatur de nobile pauper* V, eadem R. exhibet, nisi quod scriptum est *nobili.* 776) *diuitibus* corr. *diuitis* V. 779) *Vt si* R. Ar. *Ac si* Ar. con. 781) *igneus omnes* VR, Ar. corr. 782) *Quamuis et ipse* VR. Ar. omisit et, quod fortasse ferri debet: idem con. *Quid quod et ipse.* 783) *asper haberet* dubie V. 786) *asseruit merito sis alma* VR, *sublimibus* Ar, idem con. *excelsis* (*merito bis uel sic nihili* sunt). 787) *iacebant* VR, Ar. corr.

- Libera turba foret, domini uictura superstes.
 Mox sua promissor perfecit uerba fidelis,
 790 (785) Excussoque iugo deduxit per mare rubrum:
 Candida dux fuerat nubes flammaeque columna.
 Fluctibus aequoreis gemina de parte ligatis,
 In scopulum pelagi iam non latrantibus undis,
 Transierant salsos ponti sine remige fluctus,
 795 (790) Et pedibus siccis iter est nauale peractum.
 Laudauere deum populus de morte natantum,
 Sexus uterque deo magnis in laude choreis
 Certatim resonant, et palmis tympana pulsant,
 Et celebrant, uincente deo, saltando triumphum.
 800 (795) Non gladiis iaculisque datis, missisue sagittis
 Gens oppressa perit; sed tantum surgere iussa
 Arma elementa deo, nullum fusura cruorem;
 Et tamen innumeras faciunt sine sanguine mortes.
 Vna eademque die populis datur ecce duobus
 805 (800) Ira furens pietasque simul: sine nubibus ullis
 Diluio periere graui, splendente sereno.
 Omnibus ostendit Domini sententia lata,
 Quid peccata creent, quid iusti uita meretur,
 Quid bona simplicitas, quid noxia uota reportent,
 810 (805) Quid pius, aut humilis, quid et impius atque superbus,
 Quid ferus, aut mitis, quid clemens, quidue cruentus,
 Dapsilis et largus, quid praedo, aut raptor auarus:
 Agmina condemnant mores, atque agmina purgant.

790) *Et uterque iugo VR, Ar. restit. uel Ereptosque. 793) non iam R. 794) Transierant Ar. con.*
transierat salsos R. Ar. transierat falsos V. 801) tantum fugere iussa VR. Ar. restit. 804) datur esca
duobus VR (in quo praeterea eadiemque) Ar. corr. 807) domini R, uti Ar. domum V. 810) Atque
humilis Ar. con. 811) mitis quidquid (hoc uoc. non clare) V. quidquid R. clemensue cruentus VR. Ar.
corr. qui et con. quidque cruentus. 812) praedo R, uti Ar. restit. praedae aut V. 813) turbant corr.
purgant R.